Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quod et si intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem 22
percutit. statuta tamen bene uiuendi litora non excedit.
Quod mare quidem in tumore se erigit. sed dum fixa deliberatione
cordis illiditur. fractum reddidit. Beatus igitur Iob ne sibi c
tribuat quod contra procellas cordis fortiter stat. uoce di
uina audiat. Quis conclusit ostiis mare. quando erumpe
bat quasi de uulua procedens. et cetera. Ac si aperte ei diceretur.
In cassum te extollis in bonis operibus pensas. si non me intus
qui inter temptationis undas conpesco consideras. Ut enim
tu fluctus ferre possis in ope mea est uirtutis est. quia fluctus d
frango temptationis in corde. Explicit liber primus. xxviii .I. De natura dei.
xxix
Dominus deus noster Iesus Christus. Incipit liber Secundus. Lib. 29
in eo quod uirtus et sapientia dei est. de patre an
te tempora natus est. uel potius quia nec coepit na
sci nec desinit. dicamus uerius. semper natus. Non autem
possumus dicere semper nascitur. ne inperfectus esse uide
atur. At uero ut aeternus designari ualeat et perfectus. et semper
dicamus et natus. quatinus et natus ad perfectionem per
tineat. et semper ad aeternitatem. ut quocumque modo illa essentia
sine tempore temporali ualeat designari sermone. Qua
uis per hoc ipsum quod perfectum dicimus. multum ab illius ueri
tatis expressione deuiemus. quia quod factum non est. non potest
dici perfectum. et tamen infirmitatis nostrae uerbis dominus conde
scendens ait. Estote perfecti. sicut et pater uester caelestis perfectus
est. In illa itaque natiuitate diuina ab humano genere
cognosci non poterat. proinde in humanitate uenit ut ui
deretur. uideri uoluit ut imitaretur. Quae carnis nati
uitas despecta uisa est sapientibus mundi. contempserunt
namque infirma humanitatis eius. dum haec indigna iu
dicarent. cui tanto magis homo debitor fuit. quanto